

8
255



zu 008

O. i. 840 (1-101).

35

CONCLUSIONES
DE TRANSA-
CTIONIBVS.

QVAS DEO BENE IUVANTE, PRAE-
SIDIBVS CLARISS. CONSULTISS. VIRIS D. IO-
anne Michaële Cronenburgero, & D. Ioanne Hollandt
Marcodurano, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco,
in celeberrimo Colonienfis Academiae
Collegio, publicè defen-
det.

IOHANNES A MARCK.

*Anno redemptionis humanae CIJ. IJ. LXXXI.
pridie calend. Februar.*



COLONIAE AGRIPPINAE I
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

CONCISSIONES
DE FRASSA
CTIONIBVS

QVAS DEO REINE IUVANTE PRAT
STIBVS CLARIS CONSULTIS VIRIS D. Jo
anne Michaele Gronovio, et D. Joanne Holla
ndio, SS. LL. Licent. Doctoris & P. R.
in celeberrimo Coloniae Academia
Collegio publico delecto
doc.

IOHANNES A MARCK.

Amsterdamiae huiusmodi C. D. LXXVII
quibus calend. Februar.



EXCUBENT PETRVS KESCHIDT
COLONIAE AGRITINAE I



CONTINUATIO.



Via superiori disputatione de pacto editam actionem elidente actum est, iusto ordine & conuenienti Methodo de transactione, pacti in genere sumpti specie, (a) & litis finitæ exceptionem producente, (b) subiungitur.

(a) vid. l. i. ff. de pact. V Vefenb. in prin. C. h. t. (b) c. i. de litis contestat. in 9. vbi gl. & Dd. ad verbum finitæ, V Vefenb. in par. ff. eod. nu. 7.

THESIS I.

Transactio est contractus, (a) innominatus, (b) quo lites dubia & incerti rerum euentus, (c) aliquo dato vel retento, (d) consensu, (e) terminantur finiunturue.

(a) l. Labeo. ff. de verb. signif. l. actionum 24. §. i. de actio. & oblig. l. si voluntate 8. C. de rescind. vend. (b) Quia certa forma & speciali nomine caret. l. 2. l. si super possessione. C. de transact. Bart. & communiter DD. in l. siue apud acta. C. h. t. V Vef. in parat. ff. h. t. n. 2. in fi. Ioan. Bapt. Caccialup. in tract. de transact. quest. 5. Contrar. multis defendit Corraf. Miscel. iur. ciuil. lib. 1. cap. 23. Pet. Loriot. in tract. de pact. & transact. neq; contractum nominatū vel innominatū, sed poti⁹ distractū esse putat. (c) l. i. ff. h. t. (d) l. transactio C. eod. (e) l. interpositas. C. eod. Sic differt. a sententia l. inter. §. i. ff. de verb. obl. Et iure iur. l. dilata. C. de reb. cred. & iure iur. l. manifestæ. ff. de iure iur. vid. Donell. ad tit. C. de transact. fol. 245. n. 17.

II.

Transigere omnes possunt qui sanæ sunt mentis, licet corpus aduersa valetudine laboret, (a) quicq; liberam suorum, vt domini, vel suæ curæ commissorum bonorum administrationem habent, vt tutores, curatores, (b) Syndici & ciuitatū administratores. (c) itemq; prelati & antistites Ecclesiarum. (d) Et hoc verum si vtiliter rem gerant nihilq; ambitiosè remittant; (e) quod vbi factum absq; restitutionis auxiliò pristina actiones supersunt. (f)

(a) l. sanum 17. C. h. t. l. 2. ff. de test. l. senium 3. C. qui testam. facere poss. quippe mente & animo consentimus non corpore, (b) l. si pignore 56. §. fin. l. interdum 58. §. qui tutelā, ff. de furt. Gaill lib. 2. pract. obs. obs. 72. n. 1. & 2. quem vide. (c) l. item magistri. ff. de pact. l. ff. de pres. vbi Donell. & ibi com. DD. C. h. t. vid. eleg. Gaill d. loc. n. 13. (d) arg. d. l. preses C. h. t. vid. Costal. in d. l. Magistri. ff. de pact. debitæ tamen solēnitates & iudicis decretum suis casibus adhibendum. l. lex quæ tutores. C. de administ. tut. Costal. in d. l. magistri. Bald. in d. l. preses, & l. i. C. si aduers. transact. Gaill d. obs. n. 4. Ioan. Bapt. Caccialup. in tract. de transact. q. 7. n. 6. (e) administratio. n. illis commissā nihil amplius l. non omni. & tot. tit. ff. de administ. tut. pugnant a administrare & rem perdere. facit l. contra. §. fin. ff. de pact. (f) l. Lucius. 2. §. vlt. ff. de admin. tut. l. 2. C. in quib. caus. in integ. rest. non est necess. vid. Donell. in l. pactum curatoris. 22. & ibi com. DD. C. de pact.

III.

Procurator sine speciali mandato dominum sua transactione obligare nequit, (a) nisi in rem suam datus sit, (b) vel liberam omnium bonorum habeat administrationem, (c) tunc



etiam enim alijs probationibus deficientibus, omnia ab eo gesta, perinde firma sunt ac si ipse dominus negotio interfuisset.

(a) l. mandato generali 60. ff. de procur. l. si diligenter. ff. mand. l. sed si tantum ff. de pact. (b) Quoniam loco domini habetur. l. sed si tantum §. sed si in rem suam 13. ff. de pact. vide Duar. cap. 1. ff. de transact. (c) l. procurator cui generaliter §8. ff. de procur. l. procurator totorum bonorum 63. cod.

III.

Quid de patre? Nullam de Castrensibus vel quasi, (a) itemq³ emancipatorum filiorum bonis (b) disponendi facultatē habet: In aduentitijs cum reliquos legitimos administratores multis in rebus pinguiori iure superet, (c) neq³ hoc casu inferior erit potestas. (d)

(a) l. ex Castensi 18. §. seruos. ff. de Castren. pecul. (b) l. de re filiorum 19. vbi Cuiac. ff. h. t. (c) arg. l. fin. §. sin aut, legata vel fidei commissa in fine. C. de bon. quæ lib (d) arg. l. præf. C. h. t. iunct. l. 1. C. de bon. mat. Arius Pinel. ad l. 1. C. de bon. mat. par. 3. nu. 44. vid. Ioan. Bapt. Caccialup. in tract. de transact. qu. 7. n. 5. Contrar. tenet Cuiac. in d. l. de re filiorū. 10. ff. h. t.

V.

Vasallus non solum de suo utili iure, sed ipsa etiam rei proprietate domino inconsulto & ignorante, dummodo sine fraude & dolo fiat, rectè transigit.

c. vnic. de controuerf. inter vasal. & alium de benef. vbi Bal. qui æquiparat vasallū procuratori in rem suam. c. 1. §. si vasallus. vers. si vasallus. si de feudo defuncti cont. sit inter dominum & agnat. vasal. Sonbec. in comment. ad vsus feud. part. 12. n. 97.

VI.

Extra hos casus priuatis pactionibus ius ceterorum non facile leditur vel augetur, (a) quare transactione qua inter scriptum & legitimum heredem facta est, neq³ testamentū rescissum videri potest, neq³ manumissis vel legatarijs actiones sua aduersus scriptum cōpetentes ademptæ sunt. (b) De creditoribus autem propter successionis incertitudinem aliud Scauola constituit. (c)

(a) l. inter debitores. ff. de pact. l. debitorem. l. pacto. C. de pact. (b) l. Impp. 3. in princ. ff. h. t. (c) Cuiac. in d. l. Impp. 3. ff. h. t. Duar. cap. 3. ff. h. t.

VII.

Sic neq³ pactio neq³ transactio, cum quibusdam ex tutoribus siue curatoribus facta auxilio ceteris est, in ijs qua separatim cōmuniteruē gesserunt aut gerere debuerunt.

l. 1. C. h. t. & ibi DD. l. si vnus §. ante omnia ff. de pact.

VIII.

Transigere de omnibus rebus humano commercio subiectis possumus, nisi Natura aut Lege prohibeamur. (a) Natura vt de re iudicata, (b) instrumento Guarentigiato & paratam executionem habente, (c) itemq³ de rebus testamento aut Codicillis relictis ijs nondum visis aut inspectis. (d)

(a) l. 1. ff. de testam. l. mutus §. 1. de procur. (b) l. 1. l. & post. 7. in princ. l. post rem. ff. h. t. l. eleganter. 23. §. 1. de cond. ind. l. res iud. de reg. iur. (c) vide Curt. in alleg. l. nu. 9. (d) arg. l. 1. ff. h. t. vide Donell. ad tit. C. de transact. fol. 265. nu. 7.

IX.

De re iudicata dictum ita procedit, si causâ cognitâ, prolata sententia (sicut iure traditum est) appellationis vel in integrum restitutionis solennitate suspensa non est, (a) si certum

certum iudicem pronunciaſſe & nihil amplius ſubefſe, ex quo lis aut rerū incertitudo pro-
manare poſſit. (b) Rebus itaque ſic ſe habentibus ex eā cauſā ſoluta itemq; acceptolata,
(c) conditione indebiti repetuntur, vel etiam in cauſam iudicati retineri aut compenſa-
ri poſſunt. (d)

(a) l. ſi cauſa cognita. C. h. t. (b) l. poſt rem ii. ff. h. t. l. elegāter. §. ſi poſt. ff. de cond. indeb.
(c) l. ſi quis accepto & l. ſi mulier. ff. de cond. cauſ. dati cauſ. non ſecut. (d) d. l. eleganter. §. ſi
poſt. ff. de cond. indeb. Cuiac. in l. 7. in princ. ff. h. t.

X.

Vera hac puto, ſiue pacto, ſiue aquiliana ſtipulatione, & poſtea ſubſecuta acceptilatio-
ne actio iudicati perempta ſit.

vide Donell. ad l. ſi cauſa cognita C. h. t. vbi in fin. l. verbum ſi pro quia exponit per l. ſi
is qui pro emptore ff. de uſucap. & non conditionē dubitantium, ſed argumentantium
poſitam exiſtimat.

XI.

Inſpectio teſtamenti adeo etiam neceſſaria eſt, vt nulla partium renunciatione, niſi iu-
ramentum interueniat, (a) tolli aut remitti poſſit: (b) quamuis pactioes donandi cauſa
de his interpoſitas valere quidam rectē exiſtunt. (c)

(a) c. cum contingat ext. de iureiurando. (b) arg. l. i. ff. h. t. l. de his ff. cod. vbi Bart. Bald.
Salyc. & Iaſon. Laurent. Kirchou. in cent. 4. Comm. opin. concluf. 89. (c) Caſtr. & Iaſ. d.
loco. Conan. lib. 3. comment. cap. 6. n. 6. arg. l. pactum. ff. de pact.

XII.

Lex quandoq; ſine certis ſolemnitatibus, quandoq; de rebus certis planē & omninō
transgigere prohibet. Sine certis ſolemnitatibus, puta, pratoris autoritate, (a) nulli deman-
danda, (b) & diligenti totius negotij examine, (c) ſuper alimentis ex teſtamento, Codi-
cillis, donatione cauſa mortis & quauis vltima voluntate non contractu debitis (d) SC.
transgigere vetat: idque niſi alimentarius conditionem ſuam meliorem fecerit, (e) vel iu-
ramenti vinculo ſe obligauit. (f) Nihil autem intereſt vtrum libertini ſint, quibus ali-
menta relicta ſunt, an ingenui, ſatis locupletes an minus. (g)

(a) l. 8. ff. h. t. (b) d. l. 8. §. ſed nec mandare. Ea enim quæ ſpecialiter lege vel Senatuſcon-
ſulto magiſtratuſi data ſunt, mandari nequeunt l. muto. §. tutoris. de tutel. l. nec mandan-
te. de tut. & curat. dat. ab his. (c) vid. d. l. 8. (d) adde habitationem & veſtiarjū ſi ſpeciali-
ter de his ſit facta mentio: aliās enim nunquam in tranſactione, quamuis teſtamēto pro-
pter largam eius interpretationem, appellatione alimentorum hæc duo comprehendun-
tur. l. legatis. l. vlt. ff. de alim. & cib. leg. iunct. l. 8. §. qui tranſigit & ibi Cuiac. h. t. (e) d. l. 8.
§. quid ergo h. t. (f) c. cū contingat. ext. de iureiur. (g) d. l. 8. §. nihil aut intereſt. De ſeruis.
idem cum Accur. Cuiac. ſtatuit in d. §. nihil intereſt. arg. l. is cui. & l. ſeruos de alim. leg.

XIII.

An eadem ſolemnitas in pacto gratuito adhibenda? Et hoc verius contra negantem Do-
nell. (a) videtur. (b)

(a) in l. de alimentis num. 3. C. hoc tit. argum. l. mutus §. i. de procur. l. 4. ad SC. Vell.
(b) per ratio. d. l. 8. vbi Cuiac. in prin. arg. l. transgigere C. h. t. iunct. l. de crimine. C. ad l. Iul.
de adulter.

Lex



XIV.

Lex planè omnem transactionē accusatori denegavit in crimine capitali sanguinis pœnam non ingerente (a) Reo non licitis transactionibus, (b) sed sordidis concussionibus interdixit (c) Et hæc etiam in falsi crimine, quamvis celebres IC. contradicant, (d) obtinere censeo. (e)

(a) l. transigere. C. h. t. tot. tit. ad SC. Turp. (b) l. i. §. pen. de calumniat. (c) tunc enim pro conuicto habetur. l. eius de iure fisc. l. ult. de præuaricat. l. furti. §. pactus. de his qui not. infam. (d) Bart. Castr. & Ias. existimantes falsi crimen excipi. (e) arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. vid. eleg. Donell. in d. l. transigere C. de transact. vbi actorem transigentem in falsi accusationem incidere docet.

XV.

Si morte vel membri amputatione crimen coercendū, (a) accusatori propter inscriptionem, (b) reo propter crimen sanguinem qualitercunque redimere & aduersarium quouis modo corrumpere Imp. permiserunt. (c) Quia tamen cuiuslibet de populo accusatio cōpetit, pactum soli paciscenti obstat, non alijs postea agere volentibus. (d)

(a) arg. l. quod ad statum. ff. de pœn. l. i. de bon. eorum qui ante sent. sibi mort. consciu. Curt. Senior ad l. transigere. C. h. t. n. 4. Cōtrar. sentit Donell. in d. l. transigere. n. 44. (b) l. fin. C. de accusat. (c) l. i. de bonis eor. qui ante sent. sibi mort. consc. (d) l. iurifgentium §. si paciscar. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact.

XVI.

Excipe adulterium, (a) raptum, (b) & stuprum, (c) veruntamen propter cessantem lenocinij suspicionem, (d) gratuita adulterij vel stupri remissio interdicta non est.

(a) l. transigere C. h. t. ration. redd. Corras. lib. 2. Miscellan. iur. ciuilib. cap. 1. ex l. 2. §. 1. l. miles §. sacer. ff. ad l. Iul. de adult. iunct. l. meminerint. C. vnde vi. l. 1. C. de his qui ven. ætat. impet. (b) l. vnic. §. nisi C. de rapt. virg. (c) l. mariti lenocinium 39. §. plectitur ad l. Iul. de adult. Petr. Loriot. in tract. de transact. axiom. 102. (d) d. l. mariti §. plectitur. vers. ceterum item §. quod si patiat. (e) l. miles in prin. d. t.

XVII.

De priuatis delictis ex instituta accusatione, (a) & pœna iudicis arbitrio (quod ad mortem quandoq. extendi potest) (b) imponenda, quid dicendum superiora docent. Omnia autem hæc in delictis commissis procedunt: nam de futuris neq. transactio, (c) neq. pactum fieri potest. (d)

(a) l. fin. ff. de priuat. delict. l. fin. ff. de furt. l. fin. ff. de iniur. vid. V Vef. ad tit. de priuat. delict. facit l. quod ad statum ff. de pœnis. l. i. ff. de bon. eor. qui sibi mort. consciu. Curt. Sen. in l. transigere. n. 5. C. h. t. (b) vide Maran. in spec. aur. part. 4. dist. 1. in disp. 3. per tot. per l. i. de fur. baln. l. i. §. expilatores de effract. l. hodie de pœnis. V Vesen. in tit. de extraord. crim. Sciendum interim accusatorem desistentem non in SC. Turp. vt in publicis criminibus, incidere, sed extraordinem puniri l. in priuatis. ff. ad SC. Turp. (c) l. siquidem in fin. C. de contrah. stip. (d) l. iurifgentium §. si ob maleficium ff. de pact.

XVIII.

Transactio porrò est generalis aut specialis. (a) Generalis quæ fit de omni debito verbis generalibus & infinitis, vel finitis de re quidem certa, sed eâ, quæ multas species partesque complectitur, vt hereditas, tutela &c. Specialis quæ de re certa: hæc nullâ verborum generalitate

ralitate obstante ad suos terminos, de quibus actum est reducitur: (b) illa nullo modo, ne per instrumenta quidem postea reperta (c) publicis negotijs exceptis, (d) vel nisi adversarius ea dolo subtraxerit, (e) aut denique iustus error demonstrari possit, rescinditur: (f)

(a) vide Donell. in l. sub prætectu C. h. t. (b) l. si de re certa. C. h. t. Donell. d. loco. facit l. emptor. §. i. de pact. (c) d. l. sub prætectu 29. & ibi DD. C. h. t. (d) l. imperatores ff. de re iudic. iunct. l. non minorem C. h. t. Donell. in l. sub prætectu 19. C. h. t. (e) l. sub prætectu 19. C. h. t. facit l. tres fratres & ibi DD. ff. de pact. (f) sub prætectu 19. §. i. C. h. t.

XIX.

Dolum autē nulla generali transactionis interpositione remitti, rectè Vaudius (a) contra com. errantem probavit. (b)

(a) lib. 2. var. quæst. quæst. 33. (b) l. actione administrata tutelæ. C. h. t. l. qui cum tutoribus. §. qui per fallaciam. ff. h. t. arg. l. cum tale legatum §. i. circa fin. de condic. & demonst. l. si seruus vetitus. de legat. l. l. Pomponius scribit. de negot. gest.

XX.

Transactio aut fit pacto vel Aquiliana, stipulatione & postea subsequente acceptilatione: (a) hac omne negotium perimit & veterem actionē planè extinguit: (b) illud non item, quare hoc casu si reus conuentis fidem non præstiterit, actor hanc intentabit, & eundem vt veteri actioni vel inita transactioni satisfaciatur compellet. (c)

(a) l. 2. ff. h. t. (b) l. Aquiliana stipulatione. 4. ff. cod. (c) l. siue apud acta 28. C. cod. l. creditori §. C. de pact.

XXI.

Omni agendi via contractu vel morte (a) sublata, actione præscriptis verbis, (b) cui condictio naturalis (c) inest, ad obsequium placitorum, vel liberatione rescissa ad pristina obligationis restitutionem agendum erit. (d)

(a) iuxta l. cum mora. C. h. t. (b) l. cum mora. & l. cum propanas. l. si pro fundo 37. C. h. t. (c) l. ob eam. ff. de præscript. verb. (d) l. 1. & l. 4. §. i. C. de rer. permut. VVesenb. in parat. nu. 7. ff. h. tit.

XXII.

Quod ad poenitentiam attinet nullum, aut per paruum discrimen inter transactionem & reliquos innominatos contractus esse, (a) VVesenbecio placuit. (b)

(a) l. quamuis. C. h. t. l. si pecuniam. ff. de cond. caus. dati caus. non secut. (b) in parat. nu. 7. ff. h. tit.

XXIII.

Quandoque etiam stipulatio poena, (a) aut iusiurandum (b) transactioni adijcitur. Ea vel simplex vel cum clausula Rato manente pacto. (c) Priori casu reus contractum implebit, aut inuitus ex stipulatu tenebitur: (d) posteriori etiam poenâ solutâ promissis stabit. (e)

(a) l. qui fidem. de transact. (b) l. si quis maior. C. cod. (c) d. l. qui fidem. ff. h. t. (d) alterutro enim cōtentus esse debet actor l. rescriptum. §. si pacto. & ibi Cuiac. ff. de pact. l. si pater. §. similiter ff. de pact. dotal. vid. Costal. in l. prædia 28. de act. empt. (e) d. l. qui fidem. & ibi DD. ff. h. t.

Transactione

XXIV.

Transfatione iuramento vallat à peierans notatur infamia, actionem quam de re habuit amittit, pœnam promissam pendit, & commodum ex transfatione ceptum restituit.

l. si quis maior. & ibi DD. C. h. t.

XXV.

Et hoc quando maior 25. annis, siue actor siue reus (a) sit, nullo cogente imperio libero arbitrio & voluntate iuravit. Minor quamvis lege Friderici, (b) in iuratis conventionibus cum maiore comparetur: tamen paribus pœnis si quid contra fecerit non subijcitur. (c)

(a) d. l. si quis maior. ibi vel non implendo promissa. (b) vid. aut. sacramenta puberum C. si aduers. vend. (c) Donell. in d. l. si quis maior. num. 14. & ibid. Curt. Senior. num. 54. cum seqq.

XXVI.

Contraria transfationi sunt error, (a) falsitas, (b) dolus, (c) vis & metus, (d) quem tamen presentia & interuentus amicorum facile excludunt. (e)

(a) l. sub prætectu. 29. C. h. t. l. 2. in princ. ff. de iudic. l. si per errorem 15. ff. de iuris. d. omni. iud. (b) l. si ex falsis. pen. C. h. t. (c) l. actione 4. l. sub prætectu 17. l. siue apud acta. C. cod. (d) l. interpositas 13. C. cod. tot. tit. ff. quod met. caus. (e) l. transfationem 35. C. h. t.

XXVII.

Transfationem ex falsis instrumentis initam nullo restitutionis auxilio indigere, sed ipso iure nullam esse censeo.

argu. l. 1. §. fin. ad SC. Fertul. l. qui ab agnitis. ff. de except. & tot. tit. C. si ex fals. instrum. iunct. l. non minorem C. h. t. vid. Zas. in l. Diuus 33. n. 7. ff. de re iud. & in singul. intell. fol. 87. §. sententias transfationesue. Et sic quadrennio petendæ restitutionis elapso ad 30. annos circumscriptus agere poterit. Contrar. part. multis defendit. Curt. Senior. in d. l. si ex falsis. nu. 32. & seqq.

XXVIII.

Vltimo pono remedio l. 2. C. de rescind. vend. propter immodicam lesionem in transfationibus non esse locum.

l. Lucius §. fin. ff. ad Trebell. l. sub prætectu C. h. t. And. Gaill lib. 2. pract. obs. obser. 70. qui ita in Camera aliquoties iudicatum asserit. vid. tamen disput. Arisj Pinel. in d. l. 2. par. a. nu. 12. Bart. in l. si quis cum aliter ff. de verb. oblig.

COROLLARIA

I.

Minore aduersas transfationem restituto aduersarij quoque extinctæ actiones remiscunt.

l. 1. C. si aduers. transfact. & ibi eleg. Duar. Costal. in l. cum minor. 28. ff. de minorib.

II.

Contractus do des à permutatione non differt.


l. naturalis. §. & siquidem pecuniam. ff. de præscript. verb. l. 1. de contrah. empt.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K.



De leg. et St. Teutonicis. Cap. 1.





CONCLVSIONES
DE TRANSA=CTIONIBVS.

QVAS DEO BENE IUVANTE, PRAE-
SIDIBVS CLARISS. CONSVLTISS. VIRIS D. Io-
anne Michaële Cronenburgero, & D. Ioanne Hollandt
Marcodurano, SS.LL. Licent. Dictatore & Fisco,
in celeberrimo Coloniensis Academiae
Collegio, publicè defen-
det.

IOHANNES A MARCK.

*Anno redemptionis humanae MD. LXXXI.
pridie calend. Februar.*



COLONIAE AGRIPPINAE I
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

